Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31296
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



8

Non quereras quis hoc dixerit. si id dixerit attende. Homines transeunt sed verbum domini manet in eternum. Sine sono variis modis loquitur nobis deus. Curiositas sepe nos impedit in lectione scripturarum. cum volumus intelligere et discutere ubi simplex est transeundum. Si vis profectum haurire. lege humiliter et simpliciter et fideliter. nec unquam velis habere nomen scientie. Interroga libenter et audiens verba sororum. Nec displicant tibi parabole seniorum. sicut enim nos peperunt.

De inordinatis affectionibus.

Quandocunque homo inordinate aliquid appetit. statim in se inquietus fit. Superbus et avarus nunquam quiescit. Pauper et humilis spiritu in multitudine pacis confortatur. Homo qui nondum perfecte in se mortuus est cito tentatur et vincitur in parvis et vilibus rebus. Infirmus in spiritu et quasi adhuc carnalis. et ad sensibilia inclinatus difficulter se potest a terrenis desideriis ex toto bene abstrahere. et ideo sepe hec tristitia eum se subtrahit. Venit ei indignatio. si quis ei resistit. Si autem perfectus fuerit quod concupiscit. statim ex veteri consue[tudine] gratulatur. quia securus est passione sua. que nichil iuvat ad pacem suam quam quesivit. Resistendo in passionibus invenitur via pacis cordis. non autem sequendo eas.

vi